

THEOLOGIA NATURALIS.

CAP. I.

De Theologia naturali generatim.

§. 847.

**Q**uid THEOLOGIA sit NATURALIS, indicatum fuit in Logica (P. §. 55.): nimirum est scientia de Deo, seu eorum, quae per Deum, i. e. essentiam seu primum eius conceptum (§. 27.), sunt possibilis, ut sunt illius attributa atque opera.

Quid Theologia naturalis.

§. 848.

Ex entium contingentium existentia tutissime certissimeque ad Dei existentiam assurgit nostra cognitio: cum reliqua principia, quibus fulcitur haec veritas grauisissima, exceptionibus atque sophisticationibus aduersariorum quamplurimis sint obnoxia\*. Quapropter is, qui Theologiam condere vult naturalem, antea demonstratam dare debet mundi contingentiam.

Sibi praestruit cognitionem a) contingentiae mundi.

O o §

§. 849.

\* conf. cel. WOLFIVS *rat. pralect.* sect. II. c. 2. §. 37.